



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Testamentis. Consilium CCCCXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

numero capitum inter eos dividendum habeant, *l. Liber homo §. Titius De hered. instit.* idque propter causas & rationes in præcedente difficultate adductas.

7 Quibus accedit, quod testator nomine *partis* bis tantum usus sit, & *partis* appellatione in dubio dimidia veniat seu significetur, *l. Nomen filiarum §. portionis de verb. signif.* potissimum quia parte pauperibus relicta, dixerit reliquam partem se relinquere Iolinæ, & prolibus fratris: ita ut restantem tantum partem eis coniunctim reliquisse videatur, hoc est dimidiam: cum per nomen *partis* una dimidia pauperibus fuerit in proximè præcedente clausula relicta, *l. Potest, & ibi Alciat. de verb. signif.* à quâ proprietate sermonis, numquam in dubio est recedendum, *Doct. in l. 2. c. De hered. instit. Alciat. in d. l. Potest in fine.* * Si tamen aliunde coniectura, vel probatio contrariæ voluntatis adferri possit, quod testator in residuo tres æquales partes facere voluerit, & ex illis unam pauperibus legare, non refragatur, quin id sequendum foret, *Alciat. in d. l. Potest in fine;* quia ubicumque constat de mente disponentis expressa, vel præsumptâ, verborum qualitas non attenditur, *l. 3. c. De lib. præter. d. l. Quoniam indignum;* & ubi mens certâ est, de verbis non curatur, *l. Non aliter de leg. 3. l. Labeo. in fine De supellest. legata.* * Ad quam voluntatem probandam plurimum conferet Notarij, qui hanc clausulam ex ore testatoris excepit ac scripsit, declaratio, quod scilicet talis fuerit voluntas testatoris licet errore, aut per inadvertentiam ita scripserit. Recipitur enim huiusmodi Notarij declaratio, si aliquâ præterea probabilitate adiuvetur, *Doct. in l. Errore C. de testam.* Quamvis alioqui in dubio Notarius non præsumatur aliter scripsisse, quam testator nuncupavit, vel dictavit, *Castrens. in d. l. Errore.* Probabilitatem autem faciet, si per idoneos testes (quâvis nemo erit ex ijs, quibus pars residui relicta est, *l. Omnium C. de testam.*) probari posset testatorem dixisse tempore conditi testamenti, vel paulò antè, quod residuum in tres partes æquales divideret: eo enim probato res ut minimum efficietur dubia, ita ut Executores testamenti (quibus dubiorum, quæ ex hoc testamento orientur, declaratio & interpretatio per testatorem permiffa est) officium suum hic exercere poterunt, & declarare tres partes faciendas esse. * Nam ex promissione, quam Executores Capitulo, de se jurisdictioni Capituli submittendo, & rationibus executionis coram Capitulo reddendis, fecerunt, ea potestas nullâ ratione restricta, vel adempta est; cum tendat ad plenissimam testamenti observationem & executionem: ita ut contrarium finem, diminutionem, aut contraventionem operari non debeat, *l. Legata inutiliter de leg. 1.*

8 Si tamen aliunde coniectura, vel probatio contrariæ voluntatis adferri possit, quod testator in residuo tres æquales partes facere voluerit, & ex illis unam pauperibus legare, non refragatur, quin id sequendum foret, *Alciat. in d. l. Potest in fine;* quia ubicumque constat de mente disponentis expressa, vel præsumptâ, verborum qualitas non attenditur, *l. 3. c. De lib. præter. d. l. Quoniam indignum;* & ubi mens certâ est, de verbis non curatur, *l. Non aliter de leg. 3. l. Labeo. in fine De supellest. legata.* * Ad quam voluntatem probandam plurimum conferet Notarij, qui hanc clausulam ex ore testatoris excepit ac scripsit, declaratio, quod scilicet talis fuerit voluntas testatoris licet errore, aut per inadvertentiam ita scripserit. Recipitur enim huiusmodi Notarij declaratio, si aliquâ præterea probabilitate adiuvetur, *Doct. in l. Errore C. de testam.* Quamvis alioqui in dubio Notarius non præsumatur aliter scripsisse, quam testator nuncupavit, vel dictavit, *Castrens. in d. l. Errore.* Probabilitatem autem faciet, si per idoneos testes (quâvis nemo erit ex ijs, quibus pars residui relicta est, *l. Omnium C. de testam.*) probari posset testatorem dixisse tempore conditi testamenti, vel paulò antè, quod residuum in tres partes æquales divideret: eo enim probato res ut minimum efficietur dubia, ita ut Executores testamenti (quibus dubiorum, quæ ex hoc testamento orientur, declaratio & interpretatio per testatorem permiffa est) officium suum hic exercere poterunt, & declarare tres partes faciendas esse. * Nam ex promissione, quam Executores Capitulo, de se jurisdictioni Capituli submittendo, & rationibus executionis coram Capitulo reddendis, fecerunt, ea potestas nullâ ratione restricta, vel adempta est; cum tendat ad plenissimam testamenti observationem & executionem: ita ut contrarium finem, diminutionem, aut contraventionem operari non debeat, *l. Legata inutiliter de leg. 1.*

9 Quod extra propositum quaeritur, quid operetur clausula codicillaris testamento appolita, satis manifestum est: tendit enim ea clausula ad huius extremæ voluntatis maiorem stabilitatem; ut si iure testamenti sollemnis stare non possit, stet saltem & valeat iure codicillorum, *l. ult. §. illud C. de codicillis.* Sed tamen hic supervacua est; ob id, quod testamentum hoc iure testamenti perfecti stare possit; cum sit confectum secundum nunc Conf. Wamef. Tom. II.

10 Quod extra propositum quaeritur, quid operetur clausula codicillaris testamento appolita, satis manifestum est: tendit enim ea clausula ad huius extremæ voluntatis maiorem stabilitatem; ut si iure testamenti sollemnis stare non possit, stet saltem & valeat iure codicillorum, *l. ult. §. illud C. de codicillis.* Sed tamen hic supervacua est; ob id, quod testamentum hoc iure testamenti perfecti stare possit; cum sit confectum secundum nunc Conf. Wamef. Tom. II.

11 Quod extra propositum quaeritur, quid operetur clausula codicillaris testamento appolita, satis manifestum est: tendit enim ea clausula ad huius extremæ voluntatis maiorem stabilitatem; ut si iure testamenti sollemnis stare non possit, stet saltem & valeat iure codicillorum, *l. ult. §. illud C. de codicillis.* Sed tamen hic supervacua est; ob id, quod testamentum hoc iure testamenti perfecti stare possit; cum sit confectum secundum nunc Conf. Wamef. Tom. II.

obtinentem in his regionibus consuetudinem, coram Notario & duobus testibus. * Quorum quidem testium alterum, Martinum Bockdingen nihil nocet esse legatarium in eodem testamento scriptum; quia legatarius potest in testamento testis esse; & testis testamentario legari; quod nullam dubitationem habet, §. *legatarij inst. de testam. l. Dictantibus C. eod. tit. l. si quis ita scripserit de reb. dub.*

De Testamentis.

SUMMARIVM.

Legatum incertæ personæ.

1. Legatum famulo testatoris, cui debeat.
2. Meum pronomen in testamento quod tempus respiciat.
3. Persona incerta relicta, an & cui debeat.
4. Intellectus l. Legatis servis §. 1. de legat. 3.
5. Intellectus l. Titia De manumiss. testam.

CONSILIUM CCCCXIX.

In testamento Eximij Domini Joannis Croekart, Sacræ Theologiæ professoris, inter alia sunt hæc verba scripta: *Minister habeat optimam vestem Ancilla proximam.* Hic testator tempore mortis suæ per calamitates & infelicitatem horum temporum dimissâ familiâ, neque ministrum, neque ancillam habuit. Quaeritur, an hoc legatum pro caduco, vel non scripto sit; an verò debeat illis, qui tempore conditi testamenti minister & ancilla erant, sed diu ante mortem tales esse desierant?

Ex indice seu repertorio Bertachini, in verb. *Legatum incerta persona*, in V. *Legatum generaliter* versic. 9. profertur, quod legatum famulis meis, debeat his, qui in eo officio seu ministerio fuerunt apud testatorem tempore scripti testamenti; etiam si tempore mortis tales esse desierint. Sed verius esse puto hoc legatum, velut caducum factum, nec famulo, nec ancillæ deberi; ob id, quod tam indeterminata seu indefinita verborum pronuntiatio, nullâ ratione ex adiuncto aliquo relata ad tempus præsens, & multo minus non expresso nomine proprio famuli, vel ancillæ, vel ante, vel post hanc qualitatem ministerij, ut inde sciri possit, an pro demonstratione, an pro causa finali ministerij, mentio sit adiecta, referri debeat ad futurum tempus: quasi testator animo suo subiecerit illum ministrum, illamque ancillam, quæ illi tempore cedentis legati ministrarent. Prout etiam eodem fine, eademque intentione indeterminatè ipsdem legavit, ministro optimam vestem, ancillæ proximam; non specificando aut declarando quâ, eamne, quam tunc habebat, cum testamentum faceret, an quam habiturus erat tempore mortis: ut magis verosimile sit eam legasse, quam optimam cum moreretur relinqueret.

* Aliter quàm si dixisset, *Minister meus, ancilla mea, habeat optimam & proximam vestem meam*: nam hoc casu verum esset, non tempus mortis, sed tempus testamenti scripti inspicendum esse: nimirum, quia hoc pronomen, *meum*, præsens, non futurum tempus ostendit, *l. Si ita de auro & arg. leg. & ibi Bart.* non tantum quo ad res legatas, verum etiam quoad personas legato honoratas sub aliqua

De Testamentis.

SYMMARIUM.

Legatum annuum Religioso relicto.

1. Monacho legatum acquiritur Monasterio.

2. Annum quod debetur quando cedat.

3. Conditionem evenisse satis est, etiamsi postea defuerit.

4. Debita hereditaria ab heredibus pro portionibus hereditariis prestanda.

5. Legata ab heredibus pro portionibus hereditariis prestanda.

6. Hæredes ex consuetudine in solidum teneri ad debita legata.

7. Testator an unum ex heredibus, legatis, & ære alieno gravare possit.

8. Hæredum singulis iure Canonico tenentur ad omnia debita defuncti.

9. Doti prælegato unus hæredum gravari potest.

10. Statuta condere an possit municipium vel universitas.

11. Legata an sint pro ære alieno hereditatis.

12. Casus in statu omisso pro omisso habetur.

13. 16. Legata & fideicommissa an sint onera hereditaria.

14. Hæreditas iacens repræsentat defunctum.

15. Adiones ab heredibus & contra hæredes incipere possent.

17. Alimentorum legatum quid complectatur.

18. Alimentorum legatum an ab uno heredem præstandum sit.

19. Hæredum unus hereditaria bona possidens hypothecaria in solidum conveniri potest.

20. Liberatorum appellatio etiam in uno verificatur.

21. Notorium allegari debet.

22. Generalis provisio non pertinet ad specialiter disposita.

CONSILIUM CCCXX.

SARTIS aperta & expedita est intentio Dominorum Prioris & Conventus Monasterij de Heverlis Agentium adversus Petrum Teum, pro obtinenda solutione triginta florenorum ex causa vitalis annui redditus quindecim florenorum, pro annis septuagesimo octavo & septuagesimo nono debiti: nam hunc annum vitalem redditum legatum fuisse Fratri Hieronymo Gilloens, constat ex testamento quondam Petri Gilloens, & Catharinae Caverlon parentum ejusdem Fratris Hieronymi. Cujus testamenti clausula hoc legatum continens ex originali testamento extracta & descripta in hac causa exhibitum, & per Reum planissime recognita seu confessata est; cum declaratione, quod hujusmodi extracte clausulæ stet, ac si originale instrumentum testamenti exhibitum foret. Cujus quidem legati verba etiam si ad personam dicti Fratris Hieronymi referantur; effectus tamen & utilitas pertinet ad Conventum prædicti Monasterij. † Ut enim quod servo legatum est, cedente die legati in momento acquiritur domino suo, §. item vobis Inst. per quas personas cuique acq. l. Legatum, l. Cum filiofam. l. Si servus plurium, r. l. Servo legato De legat. l. Ita quod cuicumque Monacho testamento relicto est, acquiritur ejus Monasterio, c. In presentia De probat. & quidem recta via & immediate, non mediate & per consequentiam, nec per additionem aut agnitionem Monachi: ut habet communis

qualitate: maxime cum sub certitudine vel incertis personis legatur, l. Si cognatus de reb. dub. etiam ubi testator animo sub certam personam subiecit. Vnde aperte demonstratur conjectura voluntatis honorandi illos, qui in ejus ministerio non fuissent aliquando, sed essent tempore mortis: ut ferè ex communi usu patrum familias fit; qui propensiores sunt ad remunerandum his, qui tempore mortis in ministerio erunt. † Et si enim incertæ

3 personæ relicto legatum regulariter sit nullum, §. incertu Insti. De legatis; valet tamen cum vel à natura, hoc est à cognitione, vel à ministerio, quo testatori aderunt, hæc incertitudo discuti & declarari potest, Socinus in d. l. Si cognatus nu. 7. Ut mirum non sit, si dicatur, quod qualitas hujusmodi ministerij adesse debeat tempore cedentis legati; hoc est mortis, l. Intervent de legat. præstan. Socinus in d. §. Si cognatus nu. 8. quia ministerium non pro nuda demonstratione in proposito est, sed pro causa finali, testatorem movente ad sic legandum, l. Si pater C. De hered. insti. quæ ob id legato coheret; & cum cessat, facit ut legatum velut caducum corruat, l. Cum tale §. falsam & ibi Gloss. in verb. non coheret de cond. & demonstr. Socinus in d. §. Si cognatus n. 4. in fine. * Vnde etiam est, quod id quod legatur

4 servo sub qualitate alicujus officij, extinguatur, si officium mutatum fuerit, seu illo relicto ipse aliud exercere inceperit, aut ad artificium aliquod transierit, l. Legatus servus §. 1. De legat. 3. Proinde non obstat, quod in Bertachino refertur ex responso Scævolæ, l. Titia in princ. de de manumiss. testam. quod libertas relicta pedisse quis testatoris, etiam illi debeatur, quæ ante mortem testatoris pedissequa esse desierat: nam præterquam quod hoc ob privilegium & favorem libertatis ita definitum esse dici possit; ut pro libertate multa contra strictam rationem juris; in alijs non permilla, permittuntur, hoc ideo quoque est, quod testator id non tam ob ministerium ancillæ quàm respectu ipsius personæ fecerit; exprimendo scilicet nomina pedissequarum per relationem ad rationes ipsius testatoris, in quibus illa scripta erant; & quod eadem pedissequa familiam testatoris non exierit, sed in contubernio servi Actoris collocata seorsum translata, per omnia pedissequa esse non desierit. In proposito igitur quia hic testator tam indeterminatis verbis, tam quoad legatarias, quàm ad res legatas usus est, ut sub ijs comprehendi non possint, quicumque illi tempore mortis minister & famula essent; & quæ eodem tempore illi optima & optimæ proxima vestis futura esset, arbitramur futuri potius quàm presentis temporis rationem habendam: ita ut ad hoc legatum minister & ancilla, qui tempore testamenti erant, contendere nequeant, nisi etiam tempore cedentis legati, hoc est mortis, in ea qualitate ministerij deprehenderentur. Sed nec duæ optimæ vestes, quas tempore conditi testamenti testator habebat, nisi quoque tempore mortis, illis nulla melior inter vestes testatoris reperta fuisset, legata dici possent.